

Atrebatensis 1705. in Mandatis, Revól Ep. Oleronensis et Rohan Ep. Argentinensis 1714. in Mandato et epist. ad Arelatensem; Mègrigni Ep. Grassensis, Ratabon Ep. Vivariensis, Maboul Ep. Alecensis et Rabutin Ep. Nivernensis 1718. in Mandatis et Memoriali ad Duc. Aurelianensem; Episcopi Bajonensis et Carcassensis 1729. in Documentis; Ventimille Arch. Parisiensis 1730. in Epist. ad Regem, Tencin Arch. Eberodunensis 1728 et 34. in Mandato et Documento.

2. Judicium Pontificis ante Ecclesiæ consensum jam esse causæ definitivum: ita Bossuet in epist. ad Moniales Portus Regii, Fenelon 1706. in Mandato, Idem et Fleury Ep. Forojuliensis 1714. in Mandatis; Fenelon et Madot Ep. Cabillonensis 1715. in epist. cont. Advocat. generalem; Mailly 1718. in Mandato; Tencin 1728. in Documento; Languet 1731. in Docum.; Belsunce 1736. in Mand. cont. Sermon. Genevensium; S. Albin 1739. in Mandato.

3. Pontifici Romano divinitus datum esse indefectibilitatis privilegium: ita Cler. Gallic. 1714. in Actis Verbalibus; Villeroy Arch. Lugdunensis 1718. in Mandato; Item Abelly, Bossuet, Fenelon, Bissy, Languet, Mailly, S. Albin, Tencin, Colongue, Mègrigni, La Fare, Belsunce annis et locis tum laudatis tum aliis; cum Charency Ep. Montispessulano, Norman Ep. Luxoviensi, Bajonensi, Cenomanensi, Arelatensi, aliisque pluribus.

Conf. utr. p. 1. Episcopi Galliæ contestati sunt facto et praxi tum supremam Pontificis potestatem; ubi de Placitis Sanctorum, de famoso casu conscientiae, de Reflexionibus moralibus Quesnelli, de Sacramentorum administratione petentibus constitutioni Apostolicæ refractariis faciendâ aut negandâ, communibus litteris et regio cum consensu judicium Pontificis decretorium postularunt: tum infallibilem auctoritatem; ubi Constitutionem INNOCENTII XII. *Cum alias* an. 1699, Clementis XI. *Vineam Domini* an. 1705, ejusdem Clementis *Unigenitus Dei filius* an. 1713, et Benedicti XIV. Litteras ad Galliæ Epp. encyclicas an. 1756, memoratis postulationibus correspondentes, summa veneratione et promptissimo obsequio, ante omnem aliarum Ecclesiarum consensum atque de hoc notitiam, exceperunt.

2. Contestati sunt verbis et scriptis; partim dum appellationes a quibusdam etiam Episcopis a Bulla *Unigenitus* ad Concilium generale injectas spreverunt et refutarunt: partim dum Declarationis Cap. 4^{um} a sensu negante et exclusivo ad affirmantem et positivum traduxerunt, sententiam sic interpretati: Judicium Pontificis est irreformabile, quando Ecclesiæ consensus accesserit; quemadmodum de priore testantur Bissy, Languet, Mailly, S. Albin, Poncet loc. citatis; de posteriore iidem Bissy et Languet cum Clero Gallicano in comitiis 1705, ad quæ provocat responsio ad memorialem libellum a Card. Tremouille an. 1707. oblatum data: de utroque Clerus Gallicanus comitiõrum an. 1755. in epist. ad Benedictum XIV. et litteris encyclicis, nec non Beaumont Arch. Parisiensis an. 1756. in Instructione Pastoralis Confluentiæ data, cui eod. anno S. Simon Ep. Metensis, Gabriel Ep. Ambianensis, Condorcet Ep. Altisiodorensis, La Roche Ep. Meldensis, Rosset Ep. Carnotensis Montmorency Ep. Aurelianensis, Poncet Ep. Trecensis, et an. sequente Quenet Ep. Pontiensis per Litteras encyclicas accesserunt.

3. Quamvis Magistratus politicus usum et doctrinam Declarationis hactenus sæpe et nuper etiam urserit vehementius; nulla tamen Cleri Gallicani comitia, nec Episcopus ab appellantium numero sejunctus ullus, post editas

Romanas damnationes, hucusque aut ejus observantiam præceperunt, aut ad ejusdem auctoritatem provocarunt: qui, secundum nuper dicta, Episcopi noluerunt hanc Declarationem cæteris Cleri Actis impressis typo simul excipit tam adjungi.

200. *Observa.* A BENIGNO BOSSUET Ep. Meldensi ad jussa Ludovici XIV. circa an. 1688. conscriptam fuisse defensionem Declarationis Cleri Gallicani sexennio ante confectæ, testis est alter Bossuet, prioris nepos, Ep. Trecensis in Instructione Pastoralis an. 1729. edita. Altero post anno typis tum Luxemburgicis tum Basileensibus apparuit liber præferens hanc defensionem: quæ num genuinum magni Bossueti opus sit, ex sequentibus momentis dubitare licet.

1. Suspicionem movet quod hæc defensio extrâ Galliam, viginti sex annis post mortem Auctoris, et eo tempore prodierit, quo jam constabat non paucas lucubrationes posthumas huic Episcopo fuisse suppositas:

2. Ex testimonio Domini d'Aguesseau, Galliæ Cancellarii, habetur, scriptam defensionem ab ipso auctore ante suum obitum fuisse in multis correctam et valde mutatam, præsertim autem fine ad Regem Christianissimum dedicatorio auctam; quin tamen in defensione typis vulgata aut ille finis extet, aut notæ vel loca mutationis indicentur:

3. Defensionis vulgatæ auctor Ep. Meldensi tribuit titulum Religiosissimi et Doctissimi, cum ex gravioribus Theologis et Doctoribus unum appellat, ejusdem libros alios laudat et legendos proponit; quæ de se ipso scripsisse Bossuetum, haud est verosimile:

4. Multa hujus defensionis scriptor habet, quæ contradicunt certis Bossueti scriptis, maxime sermoni in Comitibus habito et instructioni Pastoralis de Promissionibus Ecclesiæ factis:

5. Ipse hic scriptor sibi plurimum contradicit, tribuendo multis in locis Ecclesiæ Romanæ, aut Pontifici cum Clero Romano, infallibilitatem:

6. Episcopis Montispessulano ac Senecensi, ad hanc editionem provocantibus, Episcopus Ruthensis, Belsunce Ep. Massiliensis, et Tencin Arch. tunc Lugdunensis, inde productas objectiones, partim contraria exemplaris in Regia Bibliotheca custoditi lectione, partim quibusdam ex nostrarum numero rationibus dubitandi oppositis, dissolvere, et scripto eripere auctoritatem studuerunt. De his, uti etiam de ipsa declaratione, qui plura cupit, consulat opus Avenione 1747. excusum, et de suprema Rom. Pontificis auctoritate hodierna Ecclesiæ Gallicanæ doctrina, inscriptum.

QUERES II. *Quisnam sit Principiorum Directivorum in Theologia usus?*

201. *Nota.* Non principia tantum, sed et ipsas fere argumentationis Theologicæ regulas circa Ecclesiam, Concilia et Pontificem præoccupavit institutæ hactenus disputationis materia: Unde præter morem in superioribus usurpatum, singulis Capitibus usum principiorum directivorum non subjunximus. Quanquam vero id impedire non debeat, quominus, quæ dispersa sunt in varios articulos, hic colligamus in unum; hoc tamen facile præstabit, ut argumentationis licitæ capita nunc proferamus, velut corollaria, nec operose eadem rationibus muniamus, utpote quas jam in prioribus uberime produximus. Ne vero aut evagemur ultra præfixos limites, aut eadem

sæpius repetere cogamur, responsa nostra ad materiam fidei et morum adstricta profitemur.

202. *Respondeo I.* Circa ECCLESIAM tenent sequentes Regulæ. I. Nullius alterius Ecclesiæ, præterquam Romano-Catholicæ auctoritas per se præbet efficax argumentum. II. Ex communi consensu totius Ecclesiæ Catholicæ, amplectentis veritatem aliquam vel repudiantis falsitatem, firmum habetur fundamentum pro eadem veritate recipienda vel falsitate rejicienda. III. Judicium dogmaticum Ecclesiæ, aliquid pro vero aut falso habendum declarantis, certum est momentum, ad illud tanquam verum aut falsum evincendum. IV. Si quidpiam teneat Ecclesia priorum seculorum, id ipsum etiam nunc a quovis orthodoxo tenendum esse, legitime inferitur. V. Ubi antiqua siluit Ecclesia, aut dubitari impune passa est, si quid circa illud moderna definiat aut communi consensu probet, improbetve, indubie id tenendum est. VI. Ecclesia docens vel consentiens, dispersa non minus quam in Concilio congregata, auctoritatem certam obtinet, et obsequium credulitatis meretur. VII. Non enervatur argumentum ab Ecclesiæ auctoritate depromptum exinde, quod pauci respective Episcopi ejus definitioni refragentur. VIII. Cavendum, ne quid pro Ecclesiæ universalis doctrina adducatur, quod tale revera esse per se non constet, aut idoneis testibus haud probetur.

203. *Respondeo II.* Circa CONCILIA valent Regulæ subnexæ. I. Concilium œcumenicum præbet argumentum irrefragabile. II. Non æquale quidem, validum tamen, momentum suppeditat Concilium generale, nec positive reprobatur, nec tamen legitimæ definitioni contrarium. III. Nullius valoris est ratiocinium, quod ex Conc. generali vel simpliciter vel quoad illam partem improbato desumitur. IV. Concilium particulare, quantumvis a summo Pontifice approbatum, majus certitudinis fundamentum non exhibet, quam quantum præbet Rom. Sedis auctoritas. V. In formando ex Conciliis argumento distinguendum est. 1. Inter consultationes aut disceptationes Patrum, et enuntiationes judiciales aut doctrinales: 2. Inter unius aut plurium Patrum opiniones aut sententias, et decreta conciliariter edita: 3. Inter decretorum præambula, rationes, clausulas, aut alia forsitan præter institutum inserta, et ipsam dispositionem: 4. Inter sensum verborum alienum et proprium, rei modum et substantiam, enuntiationis criterium probabile duntaxat et certum, ipsiusque certitudinis gradus varios.

204. *Respondeo III.* Circa SEDEM APOSTOLICAM seu summum Pontificem e cathedra loquentem obtinent Regulæ Proximæ. I. Ex sententia decretoria summi Pontificis, quam major Episcoporum, etiam per orbem dispersorum, pars pacifice acceptarit, firmissimum oritur argumentum. II. Etsi de fide non sit, hujusmodi sententiam ante acceptationem memoratam, esse penitus irrefragabilem; exinde tamen convincens argumentum derivari posse, ex disputatis colligitur. III. Ex auctoritate etiam eadem per se saltem idoneum ac solidum argumentum ubique formari posse, nemo facile negaverit. IV. Discernendum semper est in Pontifice officium a persona, magister universalis a privato Doctore, et duplex distinctionis genus, quod in Conciliis distinguendum proxime monuimus.

205. *Observa.* Brevitatis nunc usurpatæ rationes eadem faciunt, ut de questione circa judicem controversiarum speciatim tractanda abstinere liceat. Quod enim necessarius sit hujusmodi judex in Ecclesia; probant ea, quæ num. 33. et 37. pro necessitate Interpretis Scripturæ, et num. 70. pro necessitate Traditionis allata sunt. Quod inter qualitates judicis hujus præcipuas, numerare oporteat auctoritatem divinitus collatam et immunitatem ab errore; controversiæ decidendæ argumentum declarat. Quod tandem qualitates hujusmodi, ac consequenter judicis officium, nec Scripturæ ipsi, nec spiritui cujuslibet privato, nec Magistratui etiam politico conveniant; num. 39. et 40. est ostensum. Eisdem autem qualitates cum passim in præsentis Disputatione Ecclesiæ universali, tum substantialiter sumptæ, tum representative acceptæ, vindicaverimus; satis expeditum videtur, titulum judicis controversiarum nec docenti Ecclesiæ, nec Concilio œcumenico, nec Pontifici e cathedra loquenti denegari posse.

APPENDIX

DE

SUMMIS PONTIFICIBUS, ET PATRIARCHIS ORIENTALIBUS.

206. *Nota.* Notitiam SUMMORUM PONTIFICUM tum chronologicam tum historicam Theologo, utilem non tantum, sed et necessariam esse, nemo rerum gnarus facile negarit: optandum proin, ut, ubi publica discendæ Historiæ opportunitas est, ea non negligatur; aut illius forsitan defectus privata industria compensetur. Pro priori saltem in necessariis aliquantum supplendo, aut posteriori juvando, sequentem catalogum adjicimus. Cum vero constet, in supputatione Pontificum ordinanda præstantissimos etiam Chronologos passim a se invicem differre, fas erit, illos sectandos deligere, qui cum chronologia S. Petri superius exposita proxime conveniunt, aut aliorum inventis uti, et nova invenire addereque in hoc genere potuerunt. Unde in tribus quidem seculis prioribus Francisci Pagi Breviarium, in reliquis Epitomen Chronologicam Macqueri recentissimam plerumque adoptamus.

Ad Pontificatus initium et finem, ubi monumenta non deficiunt, notamus, præter annum, mensem ac diem, servatis regulis Pagianis, quas de diebus Electionis et Ordinationis aut de mortis et sepulturæ diebus præmisit. Ex historia unice indicamus facta dogmatica, omissis etiam brevitatis studio iis, quæ ad disciplinam pertinent. Antipapas addimus, notato saltem eorum exordio; quorum, qui certo illegitimi sunt, nomina caractere diverso notantur. Denique subjungimus, adjectis decessus annis, Patriarcharum Alexandrinorum, Antióchenorum, Hierosolymitanorum et Constantinopolitanorum nomina quorum cognitio qualiscumque subinde juvabit.

SECULUM I.

S. PETRUS Christi Vicarius An. 29., Rom. Pontifex An. 42. † 29. Jun. 67. Alius est a Cepha, quem Paulus reprehendit; scripsit 2. epist. Canonicas.
 LINUS Petri Vicarius An. 56. succedit An. 67. † *An. eod.* Damnat Menandrianos.
 CLEMENS I. 67. Pontificatum abdicat 77. Scrip. 2 epist. ad Corinthios.
 CLETUS 77. † 83.
 ANACLETUS 83. † 93.
 EVARISTUS 93. † 108.
 PATRIARCHÆ ALEXANDRINI. S. Marcus 68. Anianus 86. Albilius 96. Cerdon.

ANTIÓCHENI. S. Petrus 41. Evodius 98. Ignatius.
 HIERSOLYMITANI. S. Jacobus min. 62. Simeon.

SECULUM II.

ALEXANDER I. 108. † 116.
 SIXTUS I. 116. † 126.
 TELESOPHUS 126. † 137.
 HYGINUS 137. † 141. Damn. Cerdonem.
 PIUS I. 141. † 151.
 ANICETUS 151. † 161. Urget celebrationem Paschæ in Dominica, refragante S. Polycarpo.
 SOTER 161. † 170.
 ELEUTHERUS 170. † 185. Convenitur a S. Irenæo ob quasdam Ecclesiæ quæstiones.
 VICTOR I. 185. † 197. Damn. Sabellium, Noetum et Valentinum. Decidit controversiam de Paschate.
 ZEPHYRINUS 197. † 217. Recipit Natalium, damn. Proclum cum Montanistis.
 PATR. ALEXANDRINI. Cerdon 140. Primus 122. Justus 133. Eumenes 143. Marcus II. 153. Celadion 167. Agrippinus 179. Julianus 189. Demetrius.
 ANTIÓCHENI. Ignatius 107. Heros 128. Cornelius 142. Heros II. 168. Theophilus 181. Maximus 190. Serapion.
 HIERSOLYMITANI. Simeon 107. Justus, Zachæus, Tobias, Benjamin, Joannes, Matthias, Philippus, Seneca, Justus II, Levi, Ephrem, Joseph, Judas, *hi omnes natione fuerunt Judæi.* Marcus, Cassianus, Publius Maximus, Julianus, Gajanus, Symmachus, Caius, Julianus II, Capito, Maximus II, Antoninus, Valens, Dotichianus, Nareissus, Dius, Germanio, Gordius.

SECULUM III.

CALLIXTUS I. 217. † 222.
 URBANUS I. 222. † 230.
 PONTIANUS 230. † 235.
 ANTERUS 235. † 236.
 FABIANUS 236. † 250. Confirmat damnationem Privati.
 CORNELIUS 251. † 252. Damn. Novatum. Scrib. epist. apud Cyprianum. Antip. *Novatianus* 251.
 LUCIUS I. 252. † 253.
 STEPHANUS I. 253. † 257. Controv. de Rebaptismo cum S. Cypriano.
 SIXTUS II. 257. † 258.
 DIONYSIUS 259. † 269. Absolvit Dionysium Alexandrinum.
 FELIX I. 269. † 274. Damn. Paulum Samosatenum.
 EUTYCHIANUS 275. † 283.
 CAIUS 283. † 296.
 MARCELLINUS I. 296. † 504. Lapsus ejus fictitius.
 PATR. ALEXANDRINI. Demetrius 231. Heracleas 248. Dionysius 264. Maximus 283. Theonas 300.
 ANTIÓCHENI. Serapion 211. Asclepiades 220. Philetus 228. Zebenus 237.

Babylas 230. Fabius 253. Demetrianus 260. Paulus Samosatenus 269. Dominus 271. Timæus 281. Cyrillus.
HIEROSOLYMITANI. Alexander 252. Maxabanus 260. Hymenæus 298. Zabdas.

SECULUM IV.

MARCELLUS I. 19. Maii 308. † 16. Jan. 310.
 EUSEBIUS 2. Apr. 310. † 26. Sept. *an. eod.*
 MELCHIADES 2. Jul. 311. † 10. Jan. 314. Absolvit Cæcilianum.
 SILVESTER I. 31. Jan. 314. † 31 Dec. 335. Confirm. Arelatense, Præsides per Legatos Œcumenico I.
 MARCUS 18. Jan. 336. † 7. Oct. *an. eod.*
 JULIUS I. 6. Febr. 337. † 12. Apr. 332. Judicat Orientalium causas. Scrib. epist. ad Eusebianos et Ecclesiam Alexandrinam.
 LIBERIUS 24. Maii 352. † 24. Sept. 366. Sirmiensi Formulæ nulli subscribit. Damn. Conc. Ariminense. Exuli surrogatur Felix II. 355. † 365.
 DAMASUS I. 1. Oct. 366. † 11. Dec. 384. Damn. Apollinarem, resistit Macedonio, Confirm. Œcumenicum II. Scrib. epist. et carmina.
 Antip. *Ursicinus* 366.
 SIRICIUS I. Jan. 385. † 26. Nov. 398. Damn. Jovinianum, Manichæos, Priscillianistas. Scrib. epist. ad Himer. et Epp. Afros.
 ANASTASIUS I. 9. Oct. 399. † 27. Apr. 402. Damn. Origenem.
PATR. ALEXANDRINI. Petrus 311. Achilles 312. Alexander 326. Athanasius 373. Petrus II. 381. Timotheus 385. Theophilus.
ANTIOCHENI. Cyrillus 302. Tyrannus 313. Vitalis 319. Philogonus 323. Eustathius 337. Huic an. 329. exuli substitutus Paulinus an. 330. *Post hunc Ariani aut de Arianismo suspecti per 30. annos* Eulalius, Euphronius, Placillus, Stephanus, Leontius, Eudoxus sederunt. *Successerunt universim* Meletius 381. et Flavianus; *pro Eustathianis autem* Paulinus 389. et Evagrius 392.
HIEROSOLYMITANI. Zabdas 302. Hermon 312. Macarius 331. Maximus III. 351. Cyrillus 386. Joannes II.
CONSTANTINOPOLITANI ab an. 381. *Patriarchæ*, Metrophanes 313. Alexander I. 336. Paulus cui deposito Eusebius 341. mortuo successit 351. Macedonius 360. Eudoxius *Arian.* 370. Evagrius *Exul.* et Gregorius Naz. *abdicans* 381. Nectarius 397. Joannes Chrysostomus.

SECULUM V.

INNOCENTIUS I. Apr. 402. † 12. Mar. 417. Absolvit Chrysostomum : damn. Pelag. et Cælestium : conf. Conc. Africana : Scrib. epist. ad Decentium, Victricium et alios.
 ZOSIMUS 18. Mar. 417. † 26. Dec. 418. Detecta fraude damn. iterum Pelag. et Cælestium : Scrib. præter alias, epist. Tractoriam.
 BONIFACIUS I. 30. Dec. 418. † 23. Oct. 422. Urget Constit. Imp. contra Pelagianos, subscriptionem Tractoriæ et jus appellationum : Scrib. epist. ad Illyricanos et Gallos.
 Antip. *Eulalius* 418.

COELESTINUS I. 3. Nov. 422. † 6. Apr. 432. Resistit Semipelagianis : prædamn. Nestorium : præsid. per leg. Œcumenico III. scrib. epist.
 SIXTUS III. 26. Apr. 432. † 28. Mar. 439. Recip. appellationes : rejic. Julianum Elcan., scrib. epist.
 LEO I. 1. Sep. 439. † 11. Apr. 461. Damn. Eutychem et Latrocinium Ephesinum : præsid. per leg. Œcumenico IV, scrib. epist. serm. etc.
 HILARIUS, 12. Nov. 461. † 17. Sep. 473. Resist. Macedonianis : scrib. epist.
 SIMPLICIUS, 27. Sep. 473. † 2. Mar. 483. Damn. Petrum Fullonem : scrib. epist.
 FELIX III. 6. Mar. 483. † 25. Feb. 492. Rejic. Zenonis Henoticon : damn. Acacium, Pet. Fullonem et Mangum : scrib. epist.
 GELASIUS I. Mar. 492. † 19. Nov. 496. Resist. Manichæis : edit decretum de libris : scrib. epist. Tract. et Libros.
 ANASTASIUS II. 24. Nov. 496. † 16. Nov. 498. Studet paci Orient. restituendæ : scrib. epist.
 SYMMACHUS, 22. Nov. 498. † 19. Jul. 514. Damn. Anastasium : sponte se subicit Syn. Palmari : scrib. epist.
 Antip. *Laurentius* 498. et 500.
PATR. ALEXANDRINI. Theophilus 412. Cyrillus 444. Dioscorus 452. Posterius 457. Timotheus Ælurus 460. Timotheus Solophaciolus 482. Joannes Talaia an. eod., Petrus Mongus 491. Athanasius II. 497. Joannes II.
ANTIOCHENI. Flavianus 404. Alexander 419. Theodotus 427. Joannes 436. Domnus 451. Maximus 456. Basilius 458. Acacius 459. Martyrius 471. Petrus Fullo, *sæpius pulsus*, mort. an. 486. Stephanus II. 479. Stephanus III. 482. Calendio 485. Palladius 498. Flavianus II.
HIEROSOLYMITANI. Joannes II. 416. Praylus 429. Juvenalis 458. Anastasius 477. Martyrius 485. Salustius 493. Elias.
CONSTANTINOPOLITANI. Joan. Chrysostomus 404. † 407. Arsacius 405. Atticus 426. Sisinnius 428. Nestorius 431. Maximinus 434. Proclus 447. Flavianus 449. Anatolius 458. Gennadius 471. Acacius 484. † 489. Flavia 490. Euphemius 496. Macedonius.

SECULUM VI.

HORMISDAS, 27. Jul. 514. † 6. Aug. 523. Comp. schisma Constantinopolitanum : suppr. Scytharum novitates, rejic. Faustum Rejen.
 JOANNES I. 13. Aug. 523. † 27. Maii 526.
 FELIX IV. 12. Jul. 526. † 12. Oct. 529.
 BONIFACIUS II. 15. Oct. 529. † 12. Dec. 531. Conf. Conc. Arausicanum cont. Semipelagianos.
 Antip. *Dioscorus* 530.
 JOANNES II. 22. Jan. 532. † 26. Apr. 535. Acceptat Propos. Scytharum : rejicit damnationem Acemetarum : tractat causam Contumeliosi.
 AGAPETUS I. 4. Maii 535. † 12. Apr. 536. Resistit Anthimo Trapezuntino.
 SILVERIUS, 8. Jun. 536. † 20. Jul. 538. Intruditur *Vigilius* 22. Nov. 537., tandem legitime eligitur idem
 VIGILIUS 20. Jul. 538. † 10. Jan. 555. Resistit Acephalis : utitur œconomia circa tria Capitula ; conf. Œcumenicum V.
 PELAGIUS I. 16. Apr. 555. † 2. Mar. 559. Persuadet Occident. pluribus damnationem trium Capitulorum.

JOANNES III. 27. Jun. 559. † 13. Jul. 572. Defen. Œcumenicum V.
 BENEDICTUS I. 16. Maii 573. † 13. Jul. 577.
 PELAGIUS II. 30. Nov. 577. † 8. Febr. 590. Laborat pro schismate Istrie tollendo : rescindit synodum Joannis Jejunatoris.
 GREGORIUS I. 3. Sep. 590. † 12. Mar. 604. Reprobatur titulum Œcumenici a Patriarcha Constantinopolitano Joanne IV usurpatum; urget damnationem trium Capitulorum.
 PATR. ALEXANDRINI. Joannes II. 506. Joannes III. 517. Dioscorus II. 519. Timotheus IV. 535. Theodosius 536. Paulus 537. Zoilus 551. Apollinaris 570. Joannes IV. 581. Eulogius.
 ANTIOCHENI. Flavianus II. 512. Severus 516. Paulus II. 521. Euphrasius 526. Ephrem 546. Domnus III. 561. Anastasius exul mort. an. 599. Anastasius II.
 HIEROSOLYMITANI. Elias 513. Joannes III. 525. Petrus 546. Macarius II. 552. Eustochius 561. Macarius *redux* 571. Joannes IV. 595. Amos.
 CONSTANTINOPOLITANI. Macedonius 511. Timotheus 515. Joannes II. 520. Epiphanius 535. Anthimus 536. Mennas 552. Eutychius 565. Joannes III. 578. Eutychius *redux* 582. Joannes IV. seu Jejunator 596. Cyriacus.

SECVLUM VII.

SABINIANUS Sep. 604. † 2. Feb. 605.
 BONIFACIUS III. 25. Feb. 606. † 12. Nov. *an. eod.*
 BONIFACIUS IV. 18. Sep. 607. † 25. Maii 614.
 DEUSDEDIT, 13. Nov. 614. † 8. Oct. 617.
 BONIFACIUS V. 29. Dec. 617. † 25. Oct. 625.
 HONORIUS I. 14. Maii 626. † 12. Oct. 638. Non favet Monothelitis scripto aut facto.
 SEVERINUS 28. Maii 640. † 2. Aug. *eod. an.* Dam. Ecthesin.
 JOANNES IV. 24. Dec. 640. † 22. Oct. 642. Defend. Honorium : damn. Monothelismum.
 THEODORUS, 24. Nov. 642. † 13. Maii 649. Damn. Pyrrhum et Typum.
 MARTINUS I. 5. Jul. 649. † 16. Sep. 655. Facit eadem in Syn. Lateranensi.
 Exuli surrogatur 8. Sep. 652. et mortuo succedit
 EUGENIUS I. 16. Sep. 655. † 2. Jun. 658.
 VITALIANUS, 30. Jul. 658. † 27. Jan. 672.
 ADEODATUS II. Apr. 672. † 17. Jun. 676.
 DONUS I. 2. Nov. 676. † 14. Apr. 679.
 AGATHO, 26. Jun. 679. † 10. Jan. 682. Damn. Monothelitas : mittit Legatos et litteras ad Conc. Œcumenicum VI.
 LEO II. 17. Aug. 682. † 28. Jun. 683. Conf. Œcumenicum VI.
 BENEDICTUS II. 26. Jun. 684. † 8. Maii 685. Inquirat in prop. ambiguum.
 JOANNES V. 23. Jul. 685. † 2. Aug. 686.
 CONON, 21. Oct. 686. † 21. Sep. 687.
 SERGIUS II. 15. Dec. 687. † 8. Sep. 701. Acquiescit expositioni propositionis : non probat Cann. Trullanos : extinguit Schisma Istriae.
 Antipp. *Paschalis et Theodorus* 687.
 PATR. ALEXANDRINI. Eulogius 606. Theodorus 609. Joannes Eleemosyn. 618. Georgius mort. 630. *Successorum Melchitarum anni et nomina non*

sunt cognita præter Cyrum, et Petrum an. 650. *mortuum.* Ex *Jacobitis autem* Gregorio *successerunt* Benjamin 649. Agalho 668. Joannes 677. Isaac 680. Simon.
 ANTIOCHENI. Anastasius II. 608. Anastasius III. 640. Macedonius *intrus.* et Macarius *depos.* 681. Theophanes 685. Alexander II. *post quem Sedes diu vacat.*
 HIEROSOLYMITANI. Amos 601. Hesychius 609. Zacharias, Modestus, Sophronius 636. *sub quo urbs capta a Musulmanis non reliquit seriem Patriarcharum.*
 CONSTANTINOPOLITANI. Cyriacus 606. Thomas 610. Sergius 639. Pyrrhus 641. Paulus II. 655. Petrus 660. Thomas II. 671. Joannes V. 674. Constantinus 670. Theodorus 678. Georgius 684. Paulus III. 693. Callinicus.

SECVLUM VIII.

JOANNES VI. 30. Oct. 701. † 11. Jan. 705.
 JOANNES VII. 1. Mar. 705. † 18. Oct. 707.
 SISINIUS, 19. Jan. 708. † 7. Feb. *an. eod.*
 CONSTANTINUS, 25. Mar. 708. † 9. Apr. 715. Resistit Monothelitis.
 GREGORIUS II. 19. Maii 715. † 12. Febr. 731. Exting. schisma Anglorum circa celebr. Paschatis : resistit Leoni Iconomacho.
 GREGORIUS III. 18. Mar. 731. † 28. Nov. 741. Scriptis et factis obstat Iconomachis : resp. ad QQ. Bonifacii.
 ZACHARIAS 3. Dec. 741. † 15. Mar. 752. Eadem, quæ prædecessor, facit.
 STEPHANUS II. 26. Mar. 752. † 26. Apr. 757. Dat Responsa Gallis : damnat Conc. Iconomachorum.
 PAULUS I. 28. Maii 757. † 29. Jun. 767. Conatur reducere Copronymum.
 Antip. *Theophylactus* 757.
 STEPHANUS III. 7. Aug. 768. † 1. Feb. 772. Damn. Conc. Constantinopol. Iconomachorum.
 Antip. *Constantinus* 767.
 ADRIANUS I. 9. Feb. 772. † 26. Dec. 795. Præsides per. Leg. et confirmationem dat Œcumenico VII.
 LEO III. 26. Dec. 795. † 12. Jun. 816. Damnatur err. Felicis et Elipandi : non probatur additionem : *Filioque*, in symbolo.
 PATR. ALEXANDRINI. Ex *Melchitis* Cosmus 730. Politianus 776. Ex *Jacobitis* Simon 703. Alexander 727. Cosmus 728. Theodorus 739. Michael 762. Mennas 721. Joannes 799. Marcus.
 ANTIOCHENI. Stephanus IV. 744. Theophylactus 751. Theodorus, Georgius, David *intrus.* Georgius *redux*, Cyriacus.
 HIEROSOLYMITANI. Theodorus, Elias, Joannes V. Georgius.
 CONSTANTINOPOLITANI. Callinicus 703. Cyrus 711. Joannes VI. 714. Germanus 730. Anastasius 753. Constantinus II. 760. Nicetas 780. Paulus IV. 784. Tarasius.

SECVLUM IX.

STEPHANUS IV. 22. Jun. 816. † 22. Jan. 817.
 PASCHALIS I. 23. Jan. 817. † 11. Maii 824.